



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

7. De adoratione Pastorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

De adoratione Pastorum.

VII.

I. **E**Xpende, quo pacto Pastores animati allequoio & concentu Angelico se inuicem excitarent, ad Messiam natum quærendum & adorandum, sicut Seraphim concutientes inter se alas suas ad sacrum Deo trisagion concinendum; simulque nutum pro imperio accipientes, relicto grege, in Bethlehem properarint, quanto cordis tripudio, quanto tanti prodigij videndi desiderio! Quanta gratia à Deo ad perfectioris statûs fastigium, aut maioris in spiritu feruoris studium vocari suauiter, & trahi efficaciter! & quanto maior vocantem Deum festinanter cum alacritate sequi, & tantæ gratiæ cooperari? Gratitude, feruor diuinis inspirationibus statim parendi, gratiæque vocationis cooperandi.

II. Quo stupore repertum diuinum infantem in stabulo, positumque in præsepio, suspexerint, qua reuerentia, partim insolito iubare ex eius vultu præmicante excitati, partim interno diuinæ lucis radio collustrati, eum tanquam verum Messiam adorarint; qua demissione B. Matrem eius, diuinum

E. s; quidi

quid spirantem, salutarint; qua sinceritate illi de tali prole cōgratulati fuerint: qua exultatione ab Angelo sibi reuelata, auditam cœlestem symphoniam retulerint, & vicissim ab ea admiranda quadam de eodem diuino infantulo audierint: qua deinde modestia, affabilitate, benignitate eos B. Mater exceperit, in fide, spe, charitate confirmarit, ad gratias Deo agendas excitarit: quàm demùm infantulus ipse eorum obsequium sibi gratum esse blandulo vultu comprobarit, & quàm liberaliter mirè illis communicato solatio remunerarit!

Prou. 3.

O quàm verè cum *simplicibus sermocinatio eius!* Quanta teneritudo amoris eius ergà humiles, simplices, candidos, simplici sinceroque corde in diuino seruitio procedentes, non aliud, quàm diuinam gloriam spectantes, omni humano respectu posthabito, eximie Deo, non hominibus placere desiderantes!. Studium candoris, veræ simplicitatis & innocentia, & puræ intentionis.

III. Quanta exultatione reuersi pastores Deum laudarint, visa & audita tam mirabilia ruminarint, & inter se contulerint, obujsque omnibus narrarint: quanta deuotione sæpius deinceps præsepe reuiferint, cum insatiabili diuinissimi.

simi pusionis videndi, adorandi, omni-
que obsequio demerendi desiderio!
Perpetua gratitudo pro vocationis be-
neficio, cum incenso id compensandi,
aliosq; ad Christum trahendi desiderio.

In festo Circumcisionis Domini.

De Circumcisione pueruli 8. die factâ.

Io.

Luc. 2.

I. **B**Eata Virgo, quantumvis tenerri-
mo infantulo circumcidendo cum
incredibili tenerrimi amoris & acerri-
mi doloris sensu condoleret, voluit ni-
hilominus ex zelo diuini beneplaciti
complendi eundem, iuxta legem, tan-
quam verum filium Abrahæ circumcidi
ex obedientia, quem ad expiandâ Adæ
inobedientiam in terras venisse seiebat.
Zelus perfectè obediendi in re ardua.

II. Permittit se verus filius Dei impec-
cabilis, innocēs, impollutus, segregatus
à peccatoribus tanquam verum homi-
nem genitalis culpæ macula inquina-
tum, octauo die circumcidi, cum inten-
sissimi doloris sensu, tum ob tenerrimâ
infantis corpusculi complexionem,

E. 6

rum.